

**DOUBLE**

af 43

# BONPLANDIA.

Zeitschrift für die gesammte Botanik.

**Organ**

für

**Botaniker, Pharmaceuten, Gärtner und Landwirthe.**

Herausgegeben

von

**Wilhelm E. G. Seemann,**

Mitglied der K. L.-C. Akademie der Naturforscher  
etc. etc.

**Berthold Seemann, Dr. Ph., F. L. S.,**

Adjunct der K. L.-C. Akademie der Naturforscher  
etc. etc.

„Nunquam otiosus.“

**VIII. Jahrgang.**

Mit drei Holzschnitten.

**Hannover.**

Verlag von Carl Rümpler.

1860.

**London.**


Williams and Norgate,  
25, Henrietta Street, Covent Garden.

**New York.**

B. Westermann & Co.  
225, Broadway.

**Paris.**

Fr. Klincksieck,  
21, rue de Lillo.



bewandert und in ihrem Urtheile zuverlässig sind.

Leider wird dieser Vorschlag; ich sehe dies voraus, für das Erste ein frommer Wunsch bleiben. Die Herren Redacteurs nämlich erhalten entweder vom Verleger oder vom Verfasser ein Freixemplar, Behufs der Recension für ihre Zeitschriften. Diese Herren, ohne dass sie es vielleicht wollen, werden nach und nach Büchersammler, um entweder den Ihrigen etwas Geldeswerthes zu hinterlassen, oder um die eingegangenen Bücher sofort zu verwerthen. Mithin wird mein Vorschlag daran scheitern, dass sich der Redacteur von dem ihm gemachten Geschenk nicht wird trennen wollen, und der betreffende Fachgelehrte, der mit der Recension betraut werden soll, ohne Entschädigung sich nicht darauf einlassen können.

Wir müssen daher auf ein anderes Mittel sinnen, diesem Uebel abzuweichen, und da erlaube ich mir denn folgenden fernerer Vorschlag: Es möge sich ein Verein bilden, der aus Männern besteht, durch welche jede Branche der Botanik vertreten wird. Dieser Verein wähle wiederum aus seiner Mitte die würdigsten Capacitäten für jeden Zweig der Botanik zu seinem Vorstand. Der Vorstand vertheilt die eingegangenen Abhandlungen und Bücher an die betreffenden Fachgelehrten zur Recension. Die Recensionen werden aus einem Fond honorirt, der durch jährliche Beiträge der Mitglieder des zu gründenden Vereins gebildet wird. Die recensirten Abhandlungen und Bücher verbleiben der Vereinsbibliothek. Der Name des Recensenten muss genannt sein.

Zugleich empfehle ich diese hochwichtige Frage der nächsten Versammlung deutscher Naturforscher auf das Angelegentlichste zur Besprechung.

### Addenda

#### ad floram Atlantidis, praecipue insularum Canariensium Gorgadumque

auctore  
Carolo Bolle.

### III.

49. *Vernonia pauciflora* Less., in *Linnaea* (1829), p. 292, (1831), p. 675. — D. C.,

*Prodr.* V, p. 61, No. 266. — *V. senegalensis* Desf., *Cat. hort. Par.* 1829, p. 400, non Less. — *Centropalus galamensis*, *Cass. Dict.* VII, p. 383.

*HAB.* in insulae Santiago locis aridis, non procul ab urbe Porto-Praya. Floret April.

Planta jam a. 1838 a Krassino in statione dicta observata; annua; caulis spithameis, e basi ramosis; ramis caules mentientibus.

*Vernonia* Africae boreali-orientalis, etiam sub nomine paucifloram degentem, distinctam esse a senegalensi et caboverdica nostra persuasum habemus. Folia enim illi sunt multo minus dentata, sed praecipue involucri squamae interiores abunde latiores, lanceolatae. Cf. Kotschy, *It. nub.* No. 127.

50. *V. cinerea* Less., in *Linnaea* (1829), p. 291. — *Spicil. gorg.* p. 134. — J. A. Schmidt, *Beitr. Capverd.* p. 183.

Var. *antoniensis*: stricta; foliis caulinis approximatis; pedicellis omnibus bracteatis; bracteis linearibus brevibus; capitulis minoribus; floribus laete purpureis.

*HAB.* in graminosis et rupestribus insulae S. Antonii prope Paul. Floret Novembri.

Species ipsa communis est in insulae S. Nicolai cultis et incultis, ex gr. in vallibus Queimadas et Ribeira brava, nec non in Jacobaeae umbrosis, ubi cl. J. D. Hooker primus eam observavit.

51. *Decaneurum senegalense* D. C., *Prodr.* V, p. 68. — *Baccharis senegalensis* Pers., *Ench.* II, p. 424. — *Gymnanthemum capulare* Cass., *Dict.* 20, p. 109. — *Eupatorium coloratum* Willd., *Sp. pl.* III, p. 1769. — *Vernonia senegalensis* Less., in *Linnaea* (1829), p. 265, (1831), p. 641, non Desf. — *Chrysocoma amara*, Schum., in *Act. Dan.* p. 157.

*HAB.* in insula S. Nicolai circa aedes Thomas Pires dictas. Sunt arbores nonnullae sine dubio plantatae, quum autem in cl. Decaisnei quoque Catalogo stirpium caboverdicarum Devilleano operi adjecto *Decaneurum* quoddam, specifico nomine omissio, enumeretur plantaque nostra in Museo Parisiensi in *Gorgadibus* lecta adsit, eam et sylvestrem ibi nasci credibile est. Floret Julio et Augusto.

52. *Pluchea Bravae*, C. Bolle.

Frutex hominem altus dumosus, ramis erectis striatis puberulis cum foliis ovato-lanceolatis glanduloso-dentatis sessilibus acutiusculis, nunquam in aliam (dentatam) decurrentibus; corymbo multifloro, basi foliato; pedicellis dense puberulis incanis; bracteolis paucissimis lineari-subulatis minimis obsoletis; capitulis pisi circiter magnitudine; involucri squamis pallidis, exterioribus lanceolatis, interioribus linearibus, omnibus carinatis, margine subserrato-receptaculo conico; pappo albo subscaebro tubo flosculorum foemineorum longiore; stylis valde exsertis carnis, ramis stigmaticis erectis; achaeniis (ut ex immaturis conijcere licet) glabrisculis.

*HAB.* in insulae Promontorii viridis Bravae convalle Fajão d'Agua, rivalum *Salicum* more co-

mitata et declivis vesiens. Floret Decembri. Anthodis albis numerosis.

Diversa a propinqua Pluche ovali, D. C., etiam Gorgadensi cive, sed in insula magis Septentrionem versus protensis, quae „de Barvento“ dicuntur, nobis tantum obvia: proceritate minore, ramis exalatis, foliis latioribus obtusioribus parvis serratis minusque pilosis, capitulis minoribus tomento breviori indutiis, pedicellis pubescentibus nec pilosis, involucri squamis paulo angustioribus.

53. Substituatur nomini: *Erigeron ambigua* C. H. Schultz Bip., (*Conyza ambigua* D. C.) ex ipsius Ill. auctoris sententia antiquius Linnæanum: *E. bonariense*. Cf. Hort. Elth. II, f. 334.

Pro *Cynaris* nunc magna copia Platenses campos terrarum veterum vegetatione infestantibus, planta haec bonariensis sensim insulas atlanticas ipsamque Europam australem Graeciam usque occupavit. In Gorgadam Fortunatarumque cultis et ruderalis nunc communissima est, imo semitarum margines per remotos atque montes secuta. Non autem uno et eodem tempore quoque versus pervenit. Hominum adhuc viventium scilicet memoria in S. Nicolai insulam migravit, ubi nunc jam vulgarissima herba.

54. *Conyza lurida*, J. A. Schmidt. var.

**Humilia:** Suffruticosa 1-pedalis, pube breviori, panicula laxa, pedicellis foliorum longioribus caeno-viridibus.

**HAB.** In insulae S. Nicolai montibus altioribus omnibus, sat frequens in saxosis ex. gr. in monte Caranajo et ad summi Monte-Verdo latera. In insulae S. Vincentii Monte-Verde et in insulae S. Antonii Ribeira de Paul.

Floret per totum fere annum. Capitula flosculis brunnea plantam incanam oculis tristorem reddunt.

*C. lurida* Schmidti (Beitr. p. 186), frutex 3—5-pedalis esse dicitur; nostram nunquam non nisi suffruticosam; ramis pro maxima parte herbaceis semperque multo humiliorum legimus, absque pedicellis purpureis illi a cl. auctore adscriptis. Variabilis caeterum universa species, quamvis semper habitu communi peculiari eam agnoscas, semperque pubes patens subincana, cum pilis articulatis partiumque omnium floralium structura eadem sit. In insula S. Vincentii villosissima apparet et stricta; caule saepe simplici foliisque densate-chartaceis; in insula S. Antonii, ubi etiam in demissioribus occurrit, viridior; pube breviori; foliis membranaceis in petiolum longiusculum attenuatis; crenularum apicibus evidenteribus; panicula denique laxissima. Inter quae ambus forma nicolaiensis medium tenere videtur. Radix, quam descriptam non invenio, lignosa est, fusiformi-fibrosa cum ramis paucis flexuosis validis rupium fissuris arte et profunde immersa. Canlis saepe basi pro spatio aliquo humifusus ramis ascendentibus mox rectis porrigitur. Jam specimina juniora 3-pollaria florifera vidimus.

55. *Francoeuria crispata*, Cass. var.

3. *Indica*, D. C., Prodr. V, p. 475.

Foliis lato-vel spathulato-linearibus, basi attenuatis exauriculatis, apice obtusissimis integerrimis, undique argenteo-tomentosis.

**HAB.** In Fuertaventurae Punta de Handia, in arenosis maritimis. Floret Aprili.

Fruticulus hic humilis breviter ramosus, peduncula non, ut in stirpe caboverdica Salis insulae, elongatis neque subnuda, totaque minus quam haec robustus foliis duplo brevioribus angustioribus.

Typus speciei sat abunde in Canariae Magnae meridionalis palude alata el Charco de Maspalomas provenit. In Gorgadibus tres insulae orientem versus sitae adlaterae: Sal, Boaviata, Mayo Francoeuriam crispam in humentibus sabulosis magna copia alunt; Sal non solum varietatem indicam, sed veram quoque speciem canariensem multo pinguiorem foliis latioribus longioribusque, margine minus crispatis, quae F. diffusa, Shuttleworth in Brunn. Ergebn.

56. *Odontospermum sericeum*, C. H. Schultz Bip. Webbiae et Berthelotii et solius Fuertaventurae rupestribus circa D. Virginis de la Peña templum innotuerat; sed abunde crescit in editioribus insulae illius ex. gr. in la Muda, altissimo, ut fertur, totius Majoratae monte et in saxis septentrionem versus a Val de Brom sitis. Veram autem patriam habet in Handiae cacuminibus, 2700' altis, ubi sylvas integras formosissimas efficit atque, Orobanchen minore, Surt. in radicibus fovens, mense Aprili argenteum frondem florum innumerabilium auro pingit. Obstupuit Bourgeau, quem primus in inaccesso jugo splendorem inexpectatum viderit adeoque anthodia pauca praecocia quaesivit; nec monticolae illi coram nobis Domini Eugenii oblectationem, „Joriado“ invento, et memoria perdidit. Nos *Odontospermum* florida paucis visa a. 1852 adivimus. Sine dubio *Bupthalamum sericeum*, L. fil., Teneriffae quoque civis est, quamvis rarissimus nec corrente saeculo recentiorum ulli obvium. Idem Masson quidem et Brossonet, Nivariae olim strenui exploratores, sed qui Fuertaventuram nunquam attigerant, cognoscebant. Alter hunc fruticem in hortum Kewensem introduxit, unde in reliqua Europae viridaria transvectus est; dicit enim Viera in Catalogo suo de los generos y especies de plantas singulares de las Islas Canarias: „Arbusto privativo de nuestras Islas que reconocio en la de Tenerife el botanico Francisco Masson“ etc.; alter sicca specimina Cavanillesio Matrimum misit, qui in Analoe de ciencias naturales IV. p. 93 ab eo locutus ipsissimis verbis „el Señor Brossonet, ait, lo encontré en Tenerife.“

In Lanzarote *Odontospermum intermedium*, Bip., abunde propullulans, O. sericei, quocum a cl. viris Link et de Buch in unum confundebatur, locum tenet et O. intermedium et Gorgadibus exul est, quamquam scientiae Martyr Christianus Smith, aliorum *Odontospermorum* illius terrae, praecipue O. Smithii cum intermedio similitudine deceptus, inter Jacobaeae insulae stirpes

hoc enumerat, quae statio in Phytographia canariensi immerito citatur.

57. *Bidens bipinnata*, L., Sp. pl. p. 1116. — Webb. Spicil. Gorg. p. 142.

HAB. in insulae S. Nicolai collibus desertis siccis ac calidissimis magna copia post pluvia apparens. Floret m. Septembris et Octobri; aethaenis adhaesione lappacea molestis maturatis, mox iterum evanida.

Ignota hucusque hujus stirpis in insulis Promontorii viridis locus natalis fuerat eamque modo e specimine Musei Parisiensis Webbius pro caboverdica cognoverat.

58. *Anthemis arvensis*, L., Sp. pl. p. 1261.

HAB. in Lanzarote. (Hartung.)

59. *Maruta fuscata*, (Brot.) D. C., Prodr. VI, p. 14.

HAB. in Palma prope los Sauces, in cultis, ubi d. 10. Septembris 1852 florentem legimus.

60. *Preauxia jacobaeifolia*, C. H. Schultz Bip., in Phyt. canar. II, Webb. Berth., Ic. t. 90.

HAB. in Canariae Magnae Barranco de la Virgen et Monte-Doramas. (Bourgeau). Supra Tenteniguada in profundae vallis rupibus m. Junio 1856 fructifera! Floret inde a m. Martio. Statio in Phytographia canariensi omissa. Planta recenter a nobis in hortum botanicum R. Berolinensem introducta. Flores leviter odori.

61. *Monoptera filifolia*, C. H. Schultz Bip., in Phyt. canar. II, p.

Monopterae filifoliae stationem prorsus ignotam feliciter nos tandem eruimus. Minime in altis montibus, ut in Phytographia canariensi opinabatur, sed in calidissimis regionis littoralis collibus et ad convallium fauces nascitur, ubi Canaria insula maxime meridiem versus sese protendit. Abunde hinc plantam obviam habuimus in planitie et declivibus vallis Barranco de Arguineguin et petrosa aprica et secus torrentis alveum glareosa inter Plocamas re vera gigantesca diligentem, imo aboriginum diruti oppidi vestigia condecorantem. Mox iterum in ardentibus Barranco de las Palmas supra Juan-grande eam reperimus. Quod accedit sub finem m. Maji a. 1856. Plurimi fruticuli tum jam aethaenis maturis onusti, imo solis icetu torri-facti, praecocem florescendi tempus indicabant, sed et florentium adhuc copia erat sat magna.

Suffrutex est spithameus nec herba, ut ferebatur. Nomen vernaculum Magarza, ut Argyranthemorum magis communium plurimorum. Monoptera in horto botanico R. Berolinensi et seminibus a nobis allatis optime crevit crescitque nunc, nec quotannis florere recusat.

62. *Gonospermum fruticosum* Less., — G. multiflorum, D. C. — Webb et Berth., Phyt. canar. II, Ic. t. 99. *Athanasia nivariensis* Viera, Cat. ined. Vernacule: Corona de la Reyna.

Variat extra formas a cl. Schultzio Bipontino nominatas, scilicet:

1) forma pallida; involuero dilute flavo-virente.

2) forma obscura; involuero obscuro, superne purpurascente.

α. *Vulgare*: foliorum segmentis latis; capitulis laxe corymbosis majusculis pallide involucreatis.

HAB. frequens in rupestribus convallium circa S. Cruz de Tenerife ex gr. in Tajodio, secus aqueductum et ad pedem collis olim ignivomi Montaña de Zofra. — Orotava. — Tegueste.

Hoc nullibi foliis laticioribus vidi quam in Gomera et in horto botanico reg. Berolinensi nec non in Florentino e seminibus gomerensis a nobis introductis natum. Floret Aprili.

β. *Coloratum*: ramulis novellis cum petioliis rachibusque purpurascentibus; foliorum segmentis angustis, capitulis multo (dimidio fere) minoribus pallide involucreatis confertim-corymbosis numerosissimis, pedicellis valde tomentosis.

HAB. in Teneriffa: „Frayles-Lava“ Herb. L. de Buch No. 285 fol. 1. In eadem insula (Berthelot, Blauner).

Saepe et ipsa folia purpurascunt. Planta vulgariori α valde dissimilis. Num forte species propria?

Odor Gonospermi fruticosi gravis, exacte fere *Tanaecii vulgaris* L.

63. *Artemisia canariensis*, Less. — *A. argentea* L. de Buch, non L'Herit.

Haec in duabus formis occurrit, scilicet:

α. *Vulgaris*: Fruticulus pedalis seu paulo altior, foliosisissimus; paniculis confertis abbreviatis.

HAB. abunde in locis petrosis littoralibus insularum Canariensium plurimarum; nobis etiam in Gomera et ingenti copia in Ferro obvium. Floret a vere ad auctumnum serum usque per maximam anni partem.

β. *Elata*: Altior, 3-pedalis et ultra laxe foliata ramis inferioribus saepe denudatis; foliis cum lobis elongatis; paniculis pyramidato-fastigiatis; pedicellis longioribus; capitulis duplo fere longioribus.

HAB. in Canaria Magna: Barranco de Fatalga et el Charco de Maspaloma. M. Majo florentem vidi.

64. *A. reptans*, Chr. Smith, in Buch, Phyt. Beschreib. Can. — D. C., Prodr. VI, p. 101. — Webb et Berth., Ic. t. 102. — *A. radicans*, Chr. Sm. in litteris a. 1816.

HAB. extra Canariam Magnam, ubi circa urbem las Palmas colles tufaceos vestit, in Fuerteventurae montis altis Handiensibus nec non in demissis ad deserti el Hable marginem, incolis Majorceris „Amulei“ dictum. Nuper e Teneriffa meridionali „las Bandas del Sul“ Ill. Berthelotio allatum est.

65. *Gnaphalium luteo-album*, L. var. *Rubellum*: flosculus pulchre rubris.

HAB. ad rivulum vallis Barranco-Santo prope S. Cruz de Tenerife, ubi elegantissimam hanc formam m. Martio 1856 comite cl. Nicolao Krohn, primus legi. Specimina erant robustissima caulem praebentes ultra-pedalem erectum simplicem folioque lata, undique albedo-lanata. Miratus est cl.

Schultz Bip. Rubellum hoc antea non visum in herbario meo; igitur pro rarissimo sumendum.

66. *Ifloga Fontanesii*, Cass. — *Trichogyne cauliflora* DC. — *Il. spicata*, C. H. Schultz Bip. — *Gnaphalium cauliflorum*, Desf. — *G. amophila*, Wallich.

I. foliis anguste-linearibus acutis capitula stramineo-rutila vel ferruginea duplo vel triplo superantibus, flosculis foemineis plerumque 5—6, rariis 1—2.

Hujus speciei in tota Africa boreali nec non in Capite Bonae Spei hinc inde et in Arabia atque universo fere Oriente raroque etiam in India orientali occurrentis, duae varietates inveniuntur in Canariensi Archipelago:

Var.  $\alpha$ . *Vulgaris*: pusilla simplex vel basi parce ramosa; foliis cinereo-virentibus arachnoideis, margine revolutis, apice in mucronem cartilagineum contractis; involucri squamis stramineo-rutilis; flosculis foemineis plerumque 5—6.

HAB. in planitiibus collibusque tufaceis, quae Toscales dicuntur, Candelariam Teneriffae et in las Montañas de los Guirres i. e. Vulturum montibus prope Guimar. Floret Aprili.

Var.  $\beta$ . *Planifolia*: robustior, basi ramosa; foliis opacis, supra arachnoideis, subtus cinereo-tomentosis planis obsolete macronatis; involucri squamis ferrugineis, flosculis foemineis paucissimis 1—2.

HAB. in Fuertaventurae peninsulae meridionalis Handiae montibus. Floret eodem mense.

#### 67. *Pericallis cruenta*.

Senecio cruentus D. C., Prodr. VI, p. 410. *Cineraria cruenta* Mass., in l'Herit., Sert. angl. 26. — *Doronicum*, C. H. Schultz Bip., in Phyt. can. II.

„In specimenibus spontaneis folia infra non purpurascunt“ cl. C. H. Schultz Bipontini ipsius sunt verba. Sic res in planta vulgariore, qualis locis magis campestribus et in fructicetis circa S. Cruz de Tenerife provenit, certe se habet. Exstitit tamen et forma foliis infra re vera splendide cruentis, quae, sylvatica, Guimarsensium, laureta et Orotavensium castaneta incolit, ubi maxime luxurians, saepe tripedalibus menseque Aprili floridissima superbit. Quoad indumentum sanguineum conferatur etiam Herbarium Buchianum No. 271.

Hanc libenter, nominis cruenti gratia, pro speciei typum genuinum sumamus, eique tribuimus alas basales foliorum maximas suborbiculares inaequaliter dentatas, quae in Icone Phytographiae canariensis macrum individuum depingente minutae sunt et margine integrae.

Formam alborum foliorum pagina inferiore albedo-tomentosa sylvestrem in Guimarsensi Barranco del Agua legimus.

68. *Pericallis Webbii*. — *Doronicum* C. H. Schultz, in Phyt. can. omnino eadem est ac *Doronicum Bourgaei*, idem in Bourg. Exsicc. secundi itin. (1855) No. 1373. — Bot. Magt. 4994.

Non solum Icon, sed et sicca specimenia comparata ne minimam quidem discrepantiam ostendunt;

neque color florum diversus. A cel. Schultzio loco citato secundum schedulas Despreauxianis radius albus dicitur, nos in terranati constanter radium discumque plantae florentis pulchre roseo-lilacino vidimus; deformatas autem pallescit radius et demum albescit tum reflexus, ita ut a disco obscure purpureo quam maxime differat.

Folia radicalia, in Phytographia canariensi indescripta, sunt longe petiolata, maxima 3—4“ lata et latiora cordato-orbiculata, margine sublobata irregulariter dentata, dentibus brevissime mucronulatis, apice paulo protracta breviter mucronata, supra viridia, subtus viridescenti-albidotomentosa. Petioli puberulus, supra auricularis sessilibus rotundis obitus est vel nudus. Caulis crassissimus (plures digitos crassos) parte inferiore auricularis basalibus foliorum approximatis foliaceo-squamosis apparet et in altitudinem pro genere ingentem interdum 5—7-pedalem excrescit. Haec enim certe omnium *Pericallidum* canariensium altissima et elegantissima dignaque in hortis colatur. In ipsa Canaria patria eam in oppidi Arucas ambulacro publico plantatam vidimus. — *Sylvestris* occurrit in la Vega de S. Brígida, in convalle de la Virgen et del Angostura aliisque permultis locis fertilioribus copiose; nullibi majore abundantia et ubertate quam *Tenteniguadae*, ubi in salicetis madidis palmis commixtis cum *Serofalaria calliantha*, Webb et Berth., ad Junium usque florentem conopseimus. Despreaux jam n. Januario in rupibus maritimis eam florere certiores nos reddit. Recenter in hortum botanicum R. Berolinensem eam introduximus.

#### 69. *Senecio Teneriffae*.

C. H. Schultz, Bip., in Bourgeau, Exsicc. sec. itin. No. 877 (sine diagnosi vel descriptione). — *S. foeniculaceus* Ten. var. glabra; foliis profundius serrato-incisis, Steetz in litteris (dubitanter).

#### Sect. I. Obaejaceae. D. C., Prodr. VI, p. 341.

Herbaceus erectus glaber; caule striato simpliciter, vel superne ramoso ibidemque interdum pilis nonnullis adperso; foliis petiolatis obovatis grosse serratis, superioribus sessilibus, basi semiamplexicauli-auricularis subpinnatifidis, vel grosse serratis, serraturis sursum spectantibus acutiusculis, parce denticulatis continuis, nec rachidia denticulatae interstitiis interruptis, corymbo laxo oligocephalo; capitulis demum longe pedicellatis; involucri squamis inferioribus brevibus anguste lanceolatis acutis, margine membranaceo angustissimo, superioribus longis, late linearibus lateque membranaceo-marginatis, omnibus plus minusque apice nigro-sphaecelatis; radii ligulis minutis 3-venis luteis; achaeis cinereo-hirtis, 1½-linearibus, pappo corollis sublongiore.

HAB. in Teneriffa: Barranco del Bufadero ad rivulum (1851) et in ruderalis herbois pinguibus prope S. Miguel de Geneto, pagum Lagunae urbi vicino (1856!). In humidis regionis mediae: Laguna, Tegueste el viejo, Bourgeau (1855).

Floret hyeme et vere, a Decembri ad Martium usque.

Differt a Senecione vulgari, L., cui facie simillima quocumque et florum partibus plerisque essentialibus convenit, corymbo laxo oligocephalo, capitulis demum longe pedicellatis, neque corymbo conferto polycephalo, capitulis breviter pedicellatis; foliorum forma, denique radio; a *S. livido* L., mediteraneo simulac maderensi: foliis latioribus magis incis; involucri squamis apice sphaelatis; a *S. foeniculaceo* Ten., quem cl. Bertoloni (Flora ital. IX. p. 216) ad *S. lividum* trahit, glabritie; foliis profundius serrato-incis; involucri squamia latioribus minus acuminatis, ab utroque ultimo habitu et achaeniis densissime cinereo-hirtis. — Planta pedalis, saepe humilior. Achaenia inter argenteam pubem strias glabras pulchre purpureas nonnunquam ostendunt. Semina foliaque tenera Serinia Canariis sylvestribus appetita.

70. *S. crassifolius*, Willd., Sp. Pl. III. p. 1982.

Var. *falcifolius*, L.

*S. falcifolius*, Carl. Bolle in litteris olim.

Herbaceus erectus; radice fusiformi subsimplici; caule erecto simplici densissime foliato; foliis subsessilibus simplicibus lanceolatis, margine undulatis integris, vel lobo uno alterove praeditis obtusissimis, basi attenuatis falciformi-deflexis carnosissimis glaberrimis laete viridibus; corymbo brevi e 6—8 capitulis composito; pedunculis vix e foliis emeris, apice incrassatis; involucri squamis late lanceolato-linearibus, margine scariosis acutis, radii ligulis 4-venis flavis; achaeniis (immaturis) pilosis.

HAB. in Fuertaventurae plaga quam maxime meridionali, Punta de Handia dicta, littoris arenosi incola.

Floret inaeunte Aprili.

Annus sine dubio, quamvis radice saepe longioris collum lignescit, vix ultra pollicaris duplo plerumque latior quam altus. Folia patentia itaque carnosae sunt, ut aquae fervidae ope tantum sicari queant. Habitus omnino speciei propriae; tamen, cl. Steetzio iudice, *S. crassifolii*, Willd. fabulose ludentis mera, sed insignis varietas, qualem alteram, a nostro diversissimam Madera in *S. incrassato* Lowe (S. crassifolius  $\beta$ . Lowe, D. C., Prodr. VI, p. 344) gignit. — Pappus varietatis falcifoliae cum speciei typicae pappo convenit. Congruunt et reliquae forum partes foliorumque nervatio. Nervus medius, in sicco saltem, saepe subundulatus.

Alia *S. crassifolii* forma in humidiusculis salsis loco dicto „Gran Tarajal“, in Fuertaventura mihi obvia fuit.

Var. *pusillus*.

Vix pollicem altus erectus glaberrimus; caule debili subsimplici, vel e basi pauciramoso; ramis subsimplicibus; foliis sessilibus erectis, inferioribus basi attenuatis, superioribus breviter auriculatis linearibus integris vel margine obsolete denticulatis obtusis; pedicellis apice incrassatis 1- vel oligocephalis; involucri squamulis basalibus acces-

soriis vix ullis. *S. crassifolius* typicus intra archipelagi fines solum in Lanzarotes arvis petrosis et arenosis legitur; species igitur insulas magis occidentales non attingere videtur.

71. *S. flaccidus*, C. Bolle.

Sect. II. Obejacoideae, D. C., Prodr. VI, p. 343.

*S. squalidus*, Bourg., Pl. Canar. No. 843, nec Willd.

Herbaceus erectus glaberrimus; caule basi simplici mox in ramos debiles soluto; foliis omnibus carnosulis obtusiusculis, inferioribus oblongis, basi sensim in petiolum attenuatis, superioribus sessilibus, basi lata cordato-auriculata, amplexicaulibus, ut infima, leviter sinuatis, summis lanceolatis auriculatis vel exauriculatis integris; pedunculis corymbosis elongatis tenuibus subnudis monocephalis, sub capitulis incrassatis; involucri ovato, basi bracteolis setaceo-subulatis brevibus obsoito; squamis acutis, margine membranaceis, denique post achaeniorum melioritatem deflexis; ligulis 7—8 late ovatis obtusis, apice levissime 3-dentatis 4-venis aureis; achaeniis subcylindricis ardesiacopubescentibus; pappo albo corollas disci paullo superante.

HAB. in arena maritima Handiae! In Gomerae Barranco del Agua, Bourgeau.

Floret Aprili.

Planta annua, re vere flaccida, corymbum amplum multiflorum ferens. Capitula conspicua diametro 3—4-linearia, cum ligulis expansis semipollicaribus. Involucri squamulae plerumque intactae; occurrunt tamen et leviter nigro-sphaelatae. Achaenia linea breviora.

Senecio hic insignis habitu quodummodo ad Senecionem flavum, Schultz (S. Decaisnei, D. C.) accedit, sed facillime foliis inferioribus, in petiolum attenuatis nec cordatis, obtusioribus cum denticulis nec non radio, quo ille caret, distinguitur. Vero *S. squalidus*, Willd. (cf. Herb. W. No. 15773) noster ex toto absimilis est.

72. *Calendula stellata*, Cav.

HAB. in Canariis Magnae Barranco del Angostura (Bourgeau 1855). Floret Aprili.

Adest in Fuertaventura loco dicto Gran-Tarajal et prope Puerto-Cabras, nec non in Teneriffa, *Calendula arvensis* L. forma minima vix pollicaris capitulis minutis. Num haec forsitan *C. parviflora* Rafn., ulterius inquirendum.

73. *Calendula conocephala*.

C. herbacea; caule erecto pauciramoso angulato, cum foliis brevissimis et inconspicue puberulo vel superne glabrescente; foliis remote positae, pinnatifidis petiolatis (petiolo ima basi subauriculato amplexicauli), lobis utrinque plerumque ternis dilatatis (circ.  $\frac{1}{2}$ '' latis) obtusiusculis callose apiculatis integris parallelis, terminali majore rhombiformi; capitulis solitariis subconicis (circ.  $\frac{1}{8}$ '' longis), intervallo brevi, a supremis foliis distantibus hisce saepe brevioribus; involucri squamis lanceolatis integris coriaceis glabris stramineis, apice breviter setoso-spinescentibus, spina medio majore

(1—1½" lineari); involucri squamis summis ineribus dilatatis in appendiculam scariosam, margine crosam, basi purpureo-rosam reflexam; flosculis rubris.

HAB. prope S. Cruz de Tenerife. Link, in Herb. Buch No. 255.

Species a cl. L. de Buch allata, cui cl. Link nomen sine descriptione imposuit; postea laetit in herbario, neque unquam, ut sciam, publicata fuit. Nemini post Buchium in Nivaria visa itaque ulterius quaerenda. — Specimen unicum loco citato servatur.

74. C. Lippii, L. var.

„Majorera“ (i. e. insulae Fuertaventurae incolae); foliorum radicalium pinnatifidarum lobis paucioribus rotundatis, obsolete, nec, ut in specie typo, profunde dentatis; foliis caulinis praesertim inferioribus solito longioribus.

HAB. prope Puerto Cabras, m. Aprilis florens.

Centaurea Lippii vulgaris in Canariis valde leptophylla eadem est ac C. Broussonetii, Willd. Herb. No. 16,528.

Alia ejusdem collectionis species dittonis nostrae sub No. 16,615 nomine C. congestae Willd. asservata ad C. melitensis L. formam simplicem vel pauciramosem spectat.

75. Carduus baeocephalus Webb. var.

Bourgaeanus: involucri squamarum spinis elongatis, — 4" longis, quae in planta typica canaria ½—1½" longae, tantum dicuntur, flosculis rubellis, dum haec albi apice purpureo-rosos tribuuntur.

Alia discrimina stirpium caeterum conformium frustra quaesivimus.

HAB. in Handiae montibus! — Ibidem, Plaga de Barlovento, locis frigidioribus prope rupes (Boturgean). Floret Aprilis.

C. Bourgaeanus, C. H. Schultz Bip., in Bourg. Pl. canar. exsicc. No. 454.

De vero C. baeocephalo scripsit Webbia inventor Dupréaux: „Espèce très-curieuse. Observez bien ses écailles népaloides et vous verrez qu'elle diffère de toutes les autres espèces canariennes. Rare; trouvée une seule fois dans les rochers de la Cuesta de Silva, Nord de Canaria. — Ce joli chardon est remarquable par la quantité de ses fleurs blanches, ses écailles calycinales un peu courbées dans l'état frais et sa bonne odeur, qui approche de celle du girofle; enfin son port en général. Je ne l'ai trouvé qu'en montant la Cuesta de Silva, où il tapisse les interstices des rochers dans les endroits les plus escarpés.“ — Barranco de la Virgen.

Floret varietas nostra prope Berlinum in horto cl. Aemilii Bouché et seminibus canariensibus.

76. Crepis foetida, L. var.

Gomeraeae: puilla, sempedalibus vel humilior, e basi ramosa; ramis divaricatis arenatim ascendentibus, demum erectis setosis; foliis infimis lanceolatis sinuato-dentatis, superioribus profundissime runcinato-pinnatifidis lobis productis dentibusque

acutissimis, parce setosis; pedunculis elongatis simplicibus vel bifidis subnudis glanduloso-pilosis monocephalis; capituli ligulis inferne apicem versus rubris.

HAB. in Gomerae montosis supra vicum Hermitage.

Habitus speciei propriae, quam diu esse credidimus. Cultura per plures annos hucusque constans, nana, dum Crepidis foetidae typus per Nivariam Canariamque vulgarior in altitudinem binarium pedum excrescere solet.

77. Picridium ligulatum Vent.

Picridio ligulato facile nil polymorphius in Canariis. Sicut in stationibus diversissimis vegetans, tum Fortunatarum occidentalium scopulis maritimos ventis humidis perfatus, tum in insulis libycae indolis Lanzarote et Fuertaventura, (probabiliter et in proximo Sahare littore, quum et planta Mogadorensis, sit) deserta campestris saxaque aridissima incolit, ita et formas varias per multas induere solet. Varietatis quatuor a cl. C. H. Schultz Bip. egregie expositis addimus sequentem:

5. var. grandiflorum robustum; rosulis amplis subcaulibus dense foliatis; foliis acutissimis; velut in forma 3 cripta, margine conferte et inaequaliter sinuato-dentatis; pedunculis abbreviatis, sat dense squamatis; anthodiiis maximis.

HAB. in Handiae montibus borealibus supra Cofeito. Floret Aprilis, cum Illicifolio, dum in Palma varietatem crispam sero autumno adhuc floridam observavimus.

Varietas illicifolia, hucusque in Lanzarotes jugo Famara tantum obvia, in Handiae sterilibus demissioribus, ubi radices lignosae ipsa planta duplo et triplo longiores arenae lapidosaer immergit, forma occurrit, quam facile subvarietatem obtusam dicas quaeque ita definitur potest:

Pygmaeus; foliis spatulatis, apice rotundato-obtusissimis, margine leviter sinuato-dentatis, brevissime apiculatis; pedunculis brevissimis subnudis vel parvis squamatis.

Forma 4 pinnatifida Phytographiae canariensis crescit et Gomerae in angusta et a mare remota valle Barranco de la Laja.

78. Picridium vulgare, Desf., Fl. atl. II, p. 221.

HAB. abunde in herbis insularum facile omnium. Gomera, el Risco de Tagamiche. Lanzarote prope Guasties, Bourgeau. Tenerife, in valle Tajodio prope S. Cruz.

Floret Januario — Aprilem.

79. Rhabdothea divaricata (Desf.), Webb. var.

Subnudicaulis: foliis latioribus subintegris vel margine lobatis neque runcinatis, apice obtusatis, caule erecto subsimplici ac subnudo.

HAB. in Fuertaventura prope Puerto-Cabras, m. Aprilis florens.

Transitum quondam inter Rhabdotheam divaricatam, canariensem et Lactucam nudicaulem, Murr. caboverdicam indicare videtur.

80. *Lactuca nudicaulis*, Murr.

Binis formis in insulis Promontorio viridi objectis crescit, scilicet:

α. *Genuina*: minor, foliis rotundatis, saepe subintegris; caule nudo. — Hanc a *L. Schimperii*, Jaub. et Spach distinguere nequeo.

β. *Major*: omnibus partibus robustior, foliis runcinatis; caule inferiore remote foliato. — *L. arabica* Jaub. et Spach. Illustr. III, t. 282?

HAB. α. in siccis petrosis insularum plurimarum: S. Antão, S. Vicente, S. Nicolao, Boavista, Santiago, Brava! per regionem littoralem hinc inde frequens.

HAB. β. in insulae S. Nicolai pinguioribus: Ribeira de Preguiça. In S. Vincenti Monte-Verde minus crassa ac fere in formam α transiens occurrit.

Floret *Lactuca nudicaulis* per totum fere annum, sed praecipue post imbres auctumnales.

### Neue Bücher.

*Parerga Lichenologica*. Ergänzungen zu: *Systema Lichenum Germaniae* von Dr. F. W. Koerber. Erste Lieferung. Breslau, Verlag von Ed. Treves. 1859. 8.

Schon bei Beendigung des *Systema Lichenum Germaniae* im Jahre 1855 stellte der Verfasser in Aussicht, Nachträge zu diesem Werke zu geben, deren erste Lieferung unter obigem Titel kürzlich erschienen ist. Aus der Ankündigung dieser ersten Lieferung ersehen wir, dass diese Nachträge, welche etwa 18 bis 20 Bogen in drei Lieferungen anfüllen dürften, nicht nur zu den im *Systema* beschriebenen Flechtenspecies, die im Laufe der letzten 4 Jahre angewachsenen und nothwendig gewordenen Ergänzungen, so wie mancherlei Berichtigungen und Verbesserungen bringen, sondern auch durch Hinzufügung der inzwischen entdeckten für Deutschland neuen oder überhaupt neuen Flechten das System selbst erweitern sollen. Der Uebereinstimmung mit den früheren Werken des Verfassers wegen und um eine vollständige Uebersicht der gesammten Lichenenflora Deutschlands zu geben, hat der Verfasser auch diejenigen Flechten wieder aufgeführt, welche keiner Ergänzung oder Berichtigung bedurften, so dass *Systema* und *Parerga* zusammen als ein geschlossenes Ganze anzusehen sind, in welchem das eine

das andere ergänzt. Dabei sind jedoch die Principien der im *Systema* zur Anwendung gekommenen systematischen Methode des Verfassers dieselben geblieben, nur ist die Stellung einiger Familien und Gattungen in Folge umfassenderer Studien geändert worden.

In diesem ersten 96 Seiten starken Hefte sind in 51 Gattungen die beiden ersten von dem Verfasser unpassend mit dem Ausdrucke „Ordnungen“ bezeichneten Hauptabtheilungen, die Lichenes thamnoblasti und phylloblasti ganz behandelt, während von der dritten Hauptabtheilung, den Lichenes kryoblasti nur die Familie der Lecanoreen (richtiger Lecanoraceen) und auch diese nicht ganz, sondern nur die Unterabtheilungen der Pannarineen, der Placodineen, der eigentlichen Lecanorineen und der Anfang der Urceolarineen besprochen wird.

Die Ausstattung des Werkes ist gleich der des *Systema Lichenum* gut. A. G.

### Correspondenz.

(Alle unter dieser Rubrik erscheinenden sollenden Mittheilungen müssen mit Namensunterschrift der Einkomender versehen sein, da sie nur unter der Bedingung unbilligter Aufnahme finden. Red. & Beapl.)

#### Die Tanne als Ansiedler auf einer Weide.

An den Redacteur der *Bonplandia*.

Frankfurt a. M., den 31. März 1860.

Auf S. 43 des laufenden Jahrganges der *Bonplandia* gedenkt Hr. Schlotthauber in seinem reichhaltigen Aufsätze des bei Olachen in Böhmen beobachteten Vorkommens einer Kopfweide, aus deren Stamme eine schon fünf Klafter hohe Fichte gewachsen ist, und bezeichnet dasselbe als einen gewiss einzigen Fall. Gestatten Sie einem Nichtbotaniker, den sein Beruf aber vielfach in Oertlichkeiten führt, welche noch ganz der freien Laune der Natur überlassen geblieben sind, gerade zu diesem merkwürdigen Falle ein Seitenstück bekannt zu machen. Im Kanton Zürich führt auf der Strasse von Zürich nach Kloten eine Brücke über die Glatt, ein Flüsschen, welches einen sehr ansehnlichen Thalgrund durchschlingelt und welchem, streckenweise, zur Trockenlegung der Sumpfe, ein künstliches Bett, der sogenannte Glattkanal hat gegraben werden müssen. Nahe unterhalb der Glattbrücke liegt eine Mühle. In ganz geringer Entfernung von dieser Mühle steht, wenige Schritte ostwärts von einem Pfade, der durch den Bruchwald gegen Rümeling läuft, am Ufer der Glatt eine Kopfweide, aus deren Kopfe eine prächtige, schlanke Rothtanne mit sehr regelmäßig pyramidenförmig angeordneten Zweigen sich